



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 3. Eodem modo etiam in alijs hominibus humiliationem, ante  
exaltationem præceßisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

## §. III.

*Eodem modo etiam in alijs hominibus humilia-  
tionem, ante exaltationem praeceperit.*

O quām multi sunt innocentes, quām  
multi sancti! quorum virtus latet! nec la-  
tet tantum, sed etiam maculis aspersa pa-  
sim traducitur? Suspiciuntur homines, in-  
dicant, infamant. It rumor, & fabula per  
totam urbem; & pro quibus non haben-  
tur, qui Deo sunt charissimi? Hic hæreticus,  
ille blasphemus, aliis adulter, fur, mendax,  
perfidus, atheus habetur. Nihil, ô homo

*Psal. 36.5.* innocens ista morare. *Reuelata Domino viam  
tuam, hominibus ignotam, & spera in eo, &  
ipse faciet, & educet, quasi lumen iustitiam  
tuam, & iudicium tuum, tamquam meridiem.  
Tunc enim luce meridiana clarius & tibi,  
& alijs apparebit; quanta tua sit innocen-  
tia, & quām iusta iudicia Dei permittentis  
lumen hoc occidere, ut tanto clarius orien-  
tur. Dei jet pluuiam lachrymarum, ut lux  
habeat, quod in germen producat. Ut enim  
cælestes influxus, omnia corpora Lunæ sub-  
iacentia regunt, & conseruant, ita diuina  
prudentia longè altiore sede profecta,  
quidquid in hominibus geritur, disponit, &  
protegit tamquam scuto bonæ voluntatis.*

Quo

Quo pacto non solum Susannæ defendit ca- Dan. 13.  
stitatem, sed etiam Deiparæ ipsius innocen- 45.  
tiam; illius per Danielem, huius per Ange- Matth. 16  
lum; quo mysterium reuelante, Iosephus 20,  
Dei Matrem coepit dignis honoribus vene-  
rari. Audi Psalmistam: Secundum altitudi- Psal. 102:  
nem cali à terra, corroborauit misericordiam 11.  
suam super timentes se. Audi in eumdem lo-  
cum S. Augustinum. Quia, inquit, si aliquando  
non potest calum abscondere se à protectione ter-  
re, aliquando poterit Deus non protegere timen-  
tes se. Attende quod calum undique & ubiq;  
protegit terram, & nulla pars terræ est, qua non  
calo protegatur. Peccant homines sub calo, faci-  
unt omnia mala sub calo, tamen proteguntur cæ-  
lo. Inde lux ad oculos, inde aër, inde spiritus,  
inde pluvia ad terram propter fructus, inde  
omnis misericordia à cælo. Tolle auxilium cæli à  
terra, & statim deficit. Sicut ergo protectio cæli  
permanet super terram, sic protectio Domini  
permanet super timentes eum. Times Deum,  
suprate est protectio ipsius. Sed forte flagellaris,  
& putas quia deseruit te? Deseruit te Deus, si  
deseruit protectio cali terram. Intime tibi ad-  
fuit, qui deseruisse videbatur. Ita enim D.  
Catharinæ Senensi respondit Christus,  
quando tentata, & se desertam quodam-

B b 4 modo

modo putanti quærenti que: *Vbi eras?* dixit:  
*Ego tecum semper eram, ut tuas pugnas spectarem.* Sunt quædam flumina , quæ alicubi terram subeunt, sed aliunde copiosiore alueo erumpunt. Ita mergit Deus quosdam, aut mergi sinit, ut alio tempore altius emergant. Hoc est, quod Anna cecinit: *Dominus mortificat, & vinificat, deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublevat.* Quod etsi non semper statim appareat, appareat tamen patienter expectanti. Si male audis, si nomen tuum proscribitur, si innocenter accusaris, si non

**I. Reg. 2.  
6.**

**Psal. 39. 5.** habes defendantem, *Reuelata Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet, & educet, quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum,* quod sustines , immò suum, quo te exerceat, *tamquam meridiem.*

#### S. IV.

**S. Brooni Episcopo** macula per calumnia aspersa, per S. Brigidam prodigiosè abstensa.

Quod in exemplis libet ostendere. Nam varijs prodigijs innocentes diuina prouidentia de infamia in honorem restituit. Grandis est , apud honestatis amatores, nota, quæ fornicatione contrahitur. Ea Brooni aspersa , à S. Brigida Scotica Virgine, per

**Sur. I. Februarij.**